



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Die Traditionsbücher des Benediktinerstiftes Göttweig**

**Fuchs, Adalbert F.**

**Wien [u.a.], 1931**

Nachträge zum Göttweiger Urkundenbuche (Fontes rerum Austriacarum 2,  
LI, LII und LV)

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67944](#)

Urkundenbuch I nr. 58 und nr. 64) und die Schenkung Graf Friedrichs III. von Bogen an Admont (Wichner, Admont I, 101 f.) und an das Stift Nieder-Altaich (Archiv f. österr. Gesch. I, Heft I, 40).

Noverint omnes in Christo fideles, qualiter comes Ódalricus omnia bona sua, predia cum mancipiis culta et insulta, quę ipse ?? temporis iure hereditario possidebat, et quę sibi postea a parentibus in hereditatem pervenire debuerant, idoneis sub-introductis testibus Mathildę uxori suę-absque omni contradictione in proprium legavit et filiis eorum, quos procrearent. Si autem filios non haberent, et si illa supervixerit, super his bonis possidendi vel quodlibet faciendi liberam deinceps potestatem haberet. Horum ergo bonorum summa fuit: Hohinwarta cum ceteris omnibus, quę in orientali parte a parentibus suis habuit, et Chamba cum suis appendiciis, quod de eadem Mathilda uxore sua habuit, cui et idem in hac delegatione reddidit. Huius traditionis testes sunt: comes Ekkebertus et puer Gebehardus, nepos eius, Raffold de Wirmilo filiusque eius Raffold, gener eius Piligrim, Alram,<sup>a</sup> Ratboto de Musiliskirchen, Pilgrim de Grie, Heinrich, Hartliep, Adalbreth de Stamheim; Tiemo et Reginger, milites eiusdem Odalrici; Hadamar garulus. Secundam vero traditionem sub eisdem prenominatis testibus uxori suę Mathildę confirmavit super bonis omnibus, quę tunc a fratre suo Herimanno im<sup>b</sup> partem accepta<sup>b</sup> proprię obtinuit et quę postea ab eo in dividenda hereditate in Bawaria vel, ubicunque sit, percipere debuit, et investitura ministerialium omnium, quos prefatę contradidit Mathilde, hęc fuit: Sigiloch, Irmfrit, Ratolf, Ódalrich, Leu, Eberharth.

428. <sup>a</sup> Von anderer H. später über der Zeile nachgetragen, von der auch am Rande vermerkt ist: Alrammus. — <sup>b</sup> Cod.

